


SITVS TERRÆ PROMISSIONIS SS BIBLIORVM INTELLIGENTIAM

EXACTE APERIENS: PER CHRISTIANVM

DRICHOMIVM DELPHVM



ARABIA TERRA PARS

Syria pars

AMMONITARVM

PHILA DEL PHIA

ADRICHOM

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

DESERTVM

ARABIA

PHILA DEL PHIA

Desertum Moab

Amalecitis gens et regio que hinc ad Aegyptum usq. extenditur

v. s. 86

r. 15



Ptolomæus
An. 80

fertum
s. 102

egio

Pyramides
62

s.

reotis
us. 6



adria
6

5.

AESIMON, locus deserti, deniq; & ipsum vocabulum incultam terram desertamque significat. Hieron. in loc. Hebr.

6.

ALLEXANDRIA, Hebraicè quondam No dicta, fuit vrbs potens, & totius Aegypti celeberrima, populosa, opulèta, munitissima. Habet enim pro muro aquas circumquaque. Hinc Nilo, inde lacu Mareotico seu Meotide, ab alia parte mari ipso cingitur. Hanc iuxta Prophetarum vaticinia, à Nabuchodonosor, & Chaldæis destructam, diu post, ante Christi aduentum anno 320. Alexander Magnus Macedonum rex, ad effigiem Macedonicæ claudis, orbe gytrato, spatio septendecim dierum, ut Iustinus testatur, lib. II extruxit muris, qui se extenderent ad sex millia passuum, magnificè restituens, de suo nomine appellauit Alexandriam. Vrbs omnium post Romam maxima, longa stadijs triginta, lata decem, ambitu ipso complectitur passuum millia quindecim. Est autem vel in primis admirandus vrbs illius portus, cum sit ea loci natura, ut difficillimum videatur, vel tranquillis circumquaque omnibus eo pertingere: nam & ostium perangustum habet, saxisque latentibus à directo cursu deflectitur, & læua quidem pars manufactis brachijs cingitur; à dextera verò Pharus obiecta insula, turrim maximam sustinet, ad trecenta vsque stadia nauigantibus igne lucentem, ut quàm longissimè difficultatem applicandarum nauium præcaueant.

Circa hanc autem insulam opere instructo ingentes muri sunt, quibus afflicto pelagus, & obiectis obicibus fractum, asperiores facit meatum, eoque periculosum per angustiam aditum: intus tamen portus ipse tutissimus est & triginta stadijs magnus, in quem tam quæ defunt illi terræ ad beatitudinem deuehuntur, quàm quæ superant ex domesticis & indigenis in totum orbem diuisa exportantur. Propter loci comoditatem metropolis fuit totius Aegypti, & celeberrimum orbis emporium, populis & diuitijs abundans. quo tempore Romanis paruit, pendebat plus tributorum singulis mēsis, quam Ierosolyma toto anno, & præter pecuniam, quatuor mensium annonam Romanæ plebi ministrabat. Habuit scholam omnium disciplinarum, & bibliothecam instructissimam, quæ continebat 40. librorum millia, quam primus dicitur instituisse Aristoteles, magnificè auxisse Ptolomæus. Sed hic tantus thesaurus, cum incomparabili totius vrbs detrimento, in illa Iulij Cæsaris fuga, & mox victoria, totus igne perijt. Annuntiauit hic Christum Euangelista primus D. Marcus, cumque ibi Episcopus sedisset annis viginti, laqueo strangulatus est; cuius tumulum ætate Hieronymi pijsimus quisque ibi venerabatur. at verò excelluit mox viris clarissimis, atque ob cultum diuinum isthic florentem, plebisque sanctimoniam paradysum Domini veteres eam nuncupabant. Fuit enim illustris prælatione

Jerem. 46.
Ezec. 30.
Num. 3.
& ibi. Hier.

Ioseph. 2.
bell. 16. &
5. bell. 11.

Vvil. Tyr.
10. bell. fac.
27. & c.

Strab. geo.
lib. 13.

Hieron. in
loc. Hebr.

sanctorum Patrum Athanasij & Cyrilli, eorumque tumulis decorata: habuit Origenem, Philonem, Dionysium, Didimum, ut infinitos alios taceamus, quem postremum ut docerem audiret, eo contendit Hieron. atque ibidem S. Catharina virgo decollata, ut multi auctores sunt, lac pro sanguine fudit. Obtinuit secundum inter Patriarchas locum Aegypti, Lybiæ, Pentapolis, & multarum prouinciarum reuerenda metropolis: iam à Turcis possidetur, & multum ab illa pristina nobilitate degenerauit, quemadmodum & Antiochia.

Vvil. 19.
bell. 27.
Hieron. de
vir. illustr.
Breidenb.

7.

ALVA, quæ & Alia, ciuitas Idumæorum. Genes. 36. I. Paral. 1.

8.

ALVS, vbi decima mansio filiorum Israel in deserto. Num. 33.

9.

AMALÉCCIUITAS, vnde & Amalecitis regio, & populi Amalecitarum, orti ab Amalec filio Eliphaz primogeniti Esau ex Thanna concubina Eliphaz: hi impugnarunt in Raphidim Israël em ascendentem ex Aegypto, cuius iniuriæ memor Dominus, voluit illos per Saul interneccione deleri.

Num. 13.
Gen. 14. 36.
1. Reg. 16.
Brocar &
Breid. 6.
Ioseph. 2.
ant. 1.
Exod. 17.

10.

AMORCHÆVS mons, qui & Melani montes à Græco dicuntur, & hic habitabant quoque Amorrhæi. Fit etiam in scripturis mentio fluuij Amorrhæi.

Ptolom. 17.
cap. 17.
Deut. 1.
Iud. 1.
4. Esdr. 1.

11.

AQVÆ contradictionis. Mansio 33. Petra hæc, Dei præcepto & iussu, virga Moysis percussa, effudit Israëlitis aquas largissimas: & quoniam Moyses & Aaron Deo non confiderant, idcirco neuter eorum potuit introire terram promissionis. etiamnum tempore Hieronymi rupes ea hic ostendebatur. atque hinc missis ad Edom nuncijs à Moysè transitus petitur, sed non impetratur.

Nū. 20. 27.
Deut. 32. 33.
Psal. 80.
104. 105.
Sap. 11. &
alib.
Hieron. in
Gen. & in
loc. Hebr.

12.

ARADA, mansio 21. Num. 33.

13.

ASERIM ciuitas, in qua Heuzi, siue Euzi gigantes habitauerunt, orti primum ab Euzo filio Chanaan. sita est in dorso montis Seir, inter Aegyptum & Chanaanam, ut quibusdam videtur. Aferoth appellata sunt hæc loca, sed Hebræi Aferim nominant.

Deut. 2.
Iosue 13.
4. Reg. 17.
Hieron. in
loc. Hebr.

14.

ASEROTH, quæ & Eferimoth, mansio decima quarta, vbi Maria & Aaron murmurauerunt contra Moysen propter Aethiopicam: quapropter Maria lepra perflusa, &

Nū. 11. 12.
13-33.
Deut. 1.

Hieron. in
loc. Hebr.

septem diebus extra castra separata, oratione Moysis recepit sanitatem. Hebræis appellatur Aledoth, ut quidam volunt, sed, quemadmodum, inquit Hieronymus, Aledoth est alia ciuitas, quam expugnauit Iosue, Rege eius interfecto.

15.

Num. 33.
Deut. 2.

A S I O N G A B E R, mansio 32. eaque vltima solitudinis Pharan, ciuitas & portus Iudæorum fuit in littore maris rubri, in terra Edom; quo Reges Iudæ ad Iudaicas nauigationes vsi sunt: vnde & rex Salomon ibi classem fecit, eamque mittens in Ophir Indiæ, quæ post aurea terra nominata est, magnam vim auri inde asportauit. Rex Iudæ Iosaphat cum hoc ipso loco classem instruxisset, nauigaturam in Ophir pro auro, tota vi tempestatis contrita est, eo quod societatem iniisset cum impio Rege Israel. Iosephi tempore Berenice vocabatur; Hieronymi autem Essia. Sed quod in Regum libris scribitur, classem iuisse in Tharsis, varia doctissimorum hominum sententia est: nam vel Indiæ regio est hoc nomine, vel certe omne pelagus Tharsis appellatur. Cosmographis creditur esse in Africa, & nunc Zaphalla vocari, vbi aurifodina inueniatur. Et Hieronymus alibi docet, per Tharsim significari vel urbem Ciliciæ, vel Carthaginem Africæ, vel Indiam.

Ioseph. 8.
ant. 6.
Bened. in 3.
Reg. 10.
Hieron. super
per 10. cap.
Iere. & in
loc. Hebr.
& in Isa.
cap. 2.

16.

A V R I F O D I N A, Hebraicè Dizahab, Græcè catachrysea dicta, vbi auri est plurimum. Sunt autem montes auri fertiles in deserto, itinere vndecim dierum de Oreb, iuxta quos Moyses Deuteronomium scripsisse perhibetur: sed & metalli æris, quod nostro tempore corrui, montesque venarum auri plenos olim fuisse vicinos existimant. Deuteronom. 1. Hieron. in loc. Hebr. & epist. ad Fabiolam mans. 42.

17.

B E E L S E P H O N, alij Bahalsophon, locus seu ciuitas ad rubrum mare sita. Exod. 14. Num. 33. Ioseph. 2. ant. 13.

18.

B E N E I A C H A N, quæ & Beroth filiorum Blachan, mansio 28. Num. 33. Deut. 10.

19.

B O S R A, alias Bozra, egregia in Idumæa vrbis est, non longe à ciuitate Theman difflita, habet à firmissima munitione nomen. Patria fuit Iobab. Gen. 30. meminit huius Isa. 36. Ierem. 49. Amos 1. & iterum Isa. 63. sed sensu Allegorico, ut tradunt Hieron. in eum locum, & Dionys. Arcopag. cælest. hier. cap. 7.

20.

B V Z, ciuitas Idumææ, in terra Cedar, contra quam prophetauit Ierem. Ier. 25. Hier. ibi.

21.

C A D E S, vrbis in finibus Edom, vbi principes Amalec à Chodorlahomor cæsi sunt

Gen. 14.
16. 20. 30.

per anticipationem dicta est fons Mesphat, siue Misphat, id est, fons iudicij, quod ibi Deus populum iudicauit, à qua & adiacens solitudo appellatur desertum Cades.

Hieron. in
qu. & loc.
Hebr.
Num. 13.
20. 23. 27.
Deut. 1. 32.
Iud. 11.
Psal. 28.

22.

D E S E R T V M Cades, vbi mansio 33. quæ fortè rectius ponetur in ipsa Cades. In hac mansione anno quadragesimo egressionis de Aegypto, Maria soror Moysi mortua est, & sepulta, cuius sepulcrum monstrabatur ibi ætate Hieronymi. Sed & scriptura desertum Cades contra faciem Aegypti extendi memorat, ad quod primum venerunt Hebræi, mari rubro transuadato.

Hieron. in
loc. Hebr.
Num. 20.

23.

P A L M A cades. Ecclesiast. 24.

24.

C A D E S B A R N E ciuitas, quod probabilius est; alij volunt locum fuisse in deserto Pharan. Hinc Moyses exploratores duodecim misit, ad considerandam terram promissionis: qua diligenter explorata à deserto Zin, vsque Roob & Emath, & inde versus meridiem vsque Hebron, cum redissent de Nehenescol, deferentes palmitem cum vua sua in veste duo viri, & panem omnes terræ, quam conspexerant, detraherent, suadentes populo redire in Aegyptum, à Deo iussi sunt reuerti per viam maris rubri in desertum, & circumire montem Seir annis triginta octo, atque ita vagari per desertum annis quadraginta, donec morerentur illi omnes, qui murmurauerant, à viginti annis & supra, cadaueribus ipsorum ibi consumptis, filijs eorum in possessionem terræ sanctæ deducendis, & ab hoc loco quoniam redierunt in desertum, vocant desertum Cadesbarne. Brocard. & Breid.

Num. 13.
14. 32. 34.
Deut. 1. 2. 9.
Ios. 10. 14.
15.

VVilh. 19.
bell. 13.

Broc. iti 6.
Breid. eod.

25.

C A S I V S mons, ciuitas, & ut quidam volunt, in quo est Casij Iouis templum, & sepulcrum Pompeij Magni, qui haud procul inde nauigans occisus fuit. Hinc Casiotis & Cassiotis regio. Ioseph. 5. bell. 14. Hieron. in Isa. 19. Plin. lib. 5. & alij. est & terminus Syriæ & Aegypti: estque alter eiusdem nominis mons Casius apud Antiochiam Syriæ, de quo Solin. ca. 49. de cuius excelsa altitudine dies noxque pariter ostenduntur, ait Plin. lib. 5. cap. 22.

26.

C A S T R A ad mare rubrum, vbi mansio 7. iuxta sinum quendam maris rubri, qui carecto, iuncis & scripis plenus erat. Num. 33. Hieron. de 42. mans. ad Fabiolam.

27.

C E D A R, Hebr. Chedar, regio deserti, à Cedar filio Ismaëlis ita cognominata, in qua habitabant Ismaëlitæ, sic dicti ab Ismæle filio Abrahæ, qui & Agareni ab Agar ancilla Abrahæ, nunc

Genes. 21.
25. 37.
Iud. 8.
1. Par. 1. 5.
27.

Psaln 8. **Hæ**; nunc peruerso & falso nomine Saracenos
Thren. 3. se vocant, à Sara vxore Abrahæ, mendax sibi
Isa. 21. 60. nomen assumptentes Prophetauerunt contra
et ibi Hier. hanc Isai. & Hieremias, fuerunt Ismaelita sem-
Iere. 2. 49. per fortes & feroces sagittarij, gens semper
Ezech. 25. vaga, & sine certis sedibus passim inerrantes,
27. camelorum lacte & carnibus viuunt, & cum
Hieron. ita totam illam solitudinem peruagentur, in-
quasi. Heb. festi sunt finitimis omnibus, vt compleretur
in Gen. & verbum Domini de Ismaele: hic erit ferus ho-
in loc. Heb. mo, manus eius contra omnes, & manus om-
& contra nium contra eum, & è regione vniuersorum
Iouinian. fratrum suorum figit tabernacula. Atq; his
Genes. 16. artibus & prædandi licentia paulatim longè
Ioseph. 1. lateq; dominati sunt. degunt mitrati & in ton-
ant. 20. 21. so crine, labra superiora non radunt, cætera
 tonfi; sagittas veneno inficiunt: ex his ortum
 & originem habent Arabes, qui quasi ex tradi-
 tione videlicet suorum maiorum decimo ter-
 tio ætatis anno pueros suos circumcidunt,
 quod ea ætate Ismael à Patre sit circumcisus,
 Ex hac Ismaelis Arabumq; gente ortus est Ma-
 hometus Arabs, qui cum moriens sese in cæ-
 lum dixisset abiturum, illis diu & nequicquam
 rei miraculum expectantibus, tandem terro
 coacti odore, cadauer eius ferrea arca, quam
 sibi viuis pro monumento extrui iusserat, in-
 cluserunt, & seruant ad cultum & idolum po-
 sterorum.

28.

CÆLATA, mansio 19. vbi quidam ligna
 colligens sabbato, ob hoc incarceratus,
 Dei voce condemnatus, & extra castra lapida-
 tus est. Num. 15. 33.

29.

CENEZ, Hieronymo Cene, ciuitas & re-
 gio principum Idumæorum; cuius incolæ
 appellatur Cenezai. Genes. 36. 1. Paralip. 1.
 Genes. 15. Num. 23. Hieron. in loc. Heb.

30.

HIC Cananæus rex Arad pugnavit con-
 tra Israel, & victus est, qui loco nomen
 anathema indiderunt. Num. 21.

31.

DAPHCA, alijs Daphchah, vbi mansio
 9. Num. 32.

32.

Hieron. in **DARON**, meminit Ezechiel, quod Sym-
loc. Heb. machus vertit in Africum. A Christia-
VVilb. Ty. nis autem castrum fuit exædificatum apud
20. bel. 20. torrentem, qui dicitur Aegypti, & primùm
21. 22. & 6. quidem ab Amalrico, postea ab alijs auctum
 suburbij.

33.

Isa. 21. **DĒDAN**, quæ & Dadañ, & Dedanim, &
10. 35. 49. Dodanim. vrbs Idumææ; contra quam
Ezech. 25. prophetarunt Isaias & cæter. sita est in excelso

loco. Meminit & saltus iuxta Dedanim Isaias
 cap. 21.

34.

DĒNABA, ciuitas Idumææ, in qua regna-
 uit Bale Rex Edom. Genes. 36. 1. Paralip.
 pom. 1.

35.

DŪMA, quæ & Idume, & Idumæa, vna ex
 vndecim Iudææ toparchijs. Idumææ me-
 tropolis, vnde etiam per Antonomasiam pro
 Idumæa sumitur. Est & regio Duma, sic dicta
 à Duma Ismaelis filio.

36.

ELA, vrbs Esau & Idumæorum, cuius dux
 nominatur. Genes. 36. 1. Para. 1.

37.

ELATH, quæ & Ahalath, & Ailat, & Ai-
 loth, & post Aila, siue Haila, vrbs regni
 Edom, in littore maris rubri sita; vnde ex Ae-
 gypto in Indiam, & inde ad Aegyptum nauigatur,
 quam transferunt filij Israel. ædifica-
 uit aliquando hanc Ozias rex Iuda, & rededit
 sub imperium suum; sed non ita multo post
 eripuit Rasin Rex Syriæ, electisque Iudæis re-
 stituit eam Syriæ. Tempore Hieronymi mo-
 rabatur ibi, & erat in præsidio legio Roma-
 norum, cognomento decima. Fuit & Elamita-
 rum quondam natio, cui imperauit Cho-
 dorlahomor, cuius & in Actis quoq; Aposto-
 lorum fit mentio; & in Regnorum libris vrbs
 quædam Palæstinæ Elam scribitur. Hierony.
 in loc. Heb.

38.

SPĒLVNCA Eliæ in monte Oreb, vbi
 vidit, quantum homini licet, transeuntem
 Dominum. 3 Reg. 19.

39.

ELIM, mansio 6. Hic filij Israel receperunt
 duodecim fontes aquarum & septuaginta
 palmas. Exod. 15. 16. Numer. 33. Vocat hanc He-
 lim VVilh. Tyr. ii. bell. sac. 29. Est etiam E-
 lim nomen ciuitatis Moabitarum. Exod. 16.
 Num. 35. & nomen putei, Isaiæ 15. aut etiam
 ciuitatis Moabitarum, & debet legi Beer-elim,
 Benedictus.

40.

ESMONA, Hieronym. Asmona, vel Ase-
 mona, mansio 26. Num. 33.

41.

ETHAM, desertum magnum & are-
 nosum ad mare rubrum, quod transiit
 populus Israeliticus; ante ingressum maris.
 Exod. 15.

42. **ETHAM**

27. 38. &
 ibid. Hier.
 & in loc.
 Heb.

Isa. 21. &
 ibi. Hiero.
 & in tra-
 dition. He.
 in Genes.
 Ioseph. 3.
 bel. 2.

Deut. 2.
 3. Reg. 9.
 4. Reg. 14.
 16.
 2. Para. 8.
 26.
 Hieron. in
 Ezech. 47.
 & in vita
 Hieron.